Nam ſi eſt {¶ Copulatiua: partes principales ſunt: om̃es homines ſunt aſini vꝉ homines. Aſini ſunt aſini. Et hec Omnes homines ſunt aſini: eſt ps minus principalis. / ¶ Diſiũctiua: ptes principales ſunt: Om̃es hoies ſunt aſini: hoies et aſini ſunt aſini. Hec vero orõ Aſini ſunt aſini eſt ps minꝰ pricipalis.}

¶ Quibus diligentius cõſideratꝫ facile cognoſci poteſt veritas ꝛ falſitas copulatiue ꝛ diſiũctiue In modũ qui ſequiꝛ. ¶ Ad copulatiue affirmatiue.

De copulatiua

¶ Ueritatem requiritur vtramque / ¶ Falſitatẽ: ſufficit alterã: {partem principalem ꝛ materialem eſſe} {¶ veram: vt Pater in diuinis generat et eſſentia non generat. / ¶ falſaꝫ: vt homo eſt animal ꝛ homo eſt aſinus.}

Hoc eſt quod dicitur

**¶ Ad veritatẽ copꝉatiue requiriꝛ vtrãq3 partẽ eſſe veram Sed ad eius falſitatẽ ſufficit alterã eius partẽ eſſe falſaꝫ.**

¶ Quo ſubinde facile deprehendi poſſunt cetere paſſiones (puta: neceſſitas: impoſſibilitas: contingentia ꝛ poſſibilitas.) Nam neceſſitas ꝛ poſſibilitas ſequuntur veritatẽ. Contingentia vero ꝛ impoſſibilitas falſitatẽ. In hunc modum Ad copulatiue affirmatiue.

¶ Neceſſitatem / ¶ Poſſibilitatẽ {req̄riꝛ vtrãq3 ptẽ pncipalẽ ꝛ materialẽ eẽ} {Neceſſariam / ¶ poſſibilẽ: nec vnã alři incõpoſſibilẽ}

Exemplum prioris. Homo eſt ſenſitiuus ꝛ deus eſt. Poſterioris Joannes eſt albus ꝛ Joannes eſt ſenſitiuus.

¶ Cõtingentiam / ¶ Impoſſibilitatẽ {ſufficit alterã ptẽ principalẽ ꝛ materialẽ eſſe} {¶ contingentẽ q̄ñ altera eſt neceſſaria: vt homo currit ꝛ deus eſt. / ¶ impoſſibilem: vel vnã alteri incõpoſſibilem.}

Exemplũ prioris. Homo eſt aſinus ꝛ deus eſt. Poſterioris. Joannes ſedet et Joannes non ſedet. Om̄is em̄ copulatiua cõſtituta ex prioribus repugnãtibꝰ eſt impoſſibilis. Jccirco duobus modis copulatiua aſſereꝛ impoſſibilis.

¶ His patet veritas vulgatiſſimi verbi. Copulatiua ſequiꝛ partẽ debiliorẽ: et eſt ſimilis Cathegorice vꝉi. Sicut em̄ ad veritatẽ vꝉis reqriꝛ veritas oim ſingulariũ: et ad eius falſitatẽ ſufficit falſitas vnius ſingularis ſic ad veritatẽ copulatiue affirmatiue requiriꝛ veritas oim partiũ principaliũ: ꝛ ad eius falſitatem

ſufficit falſitas vnius partis.
¶ Eodem modo cognoſcunt dicte paſſiões in locali ꝛ temporali: qm̄ vtraqꝫ reſoluit in copulatiuā: vt in operis exordio diximus.
¶ Preterea: ad diſiunctiue affirmatiue

De diſiunctiuis

¶ Ueritatem ſufficit alteram ⎤ partem principalem et materialem eſſe ⎡ ¶ veram: vt homo eſt anīal vel homo eſt aſinus.
¶ Falſitatem requiritur vtramque ⎦ partem principalem et materialem eſſe ⎣ ¶ falſam: vt homo eſt aſin⁹ vel lapis eſt riſibilis.

In quo ſenſu recipiantur que ſequuntur.

## ¶ Ad veritatē diſiunctiue ſufficit alterā partē eſſe veram Sꝫ ad eius falſitatē requirit vtrāqꝫ partem eſſe falſam.

¶ Quo ſubinde ceteras paſſiones in diſiunctiua affirmatiua facile cognoſces. Nam neceſſitas ꝛ poſſibilitas ſequunt veritatē. Contingentia vero ꝛ impoſſibilitas falſitatem. In hunc modum. ¶ Ad diſiunctiue affirmatiue.

¶ Neceſſitatem ⎤ ſufficit alterā ptem principalem et materialem eſſe ⎡ ¶ neceſſariam: vel vnū alteri incompoſſibilem
¶ Poſſibilitatē ⎦ ſufficit alterā ptem principalem et materialem eſſe ⎣ ¶ poſſibilem: vt homo currit vel homo eſt aſinus.

Nam omnis diſiunctiua cōſtituta ex partibus repugnātibus (.i. non potentibus ſimul eſſe veris) eſt neceſſaria: vt Joannes currit vel Joannes nō currit. Quocirca diſiunctiua duobus modis cenſetur neceſſaria.

¶ Impoſſibilitatē ⎤ requirit vtrāqꝫ ptē principalem ꝛ materialem eſſe ⎡ ¶ impoſſibilē: vt hō eſt aſin⁹ vel deus eſt diabolus.
¶ Contingentiam ⎦ requirit vtrāqꝫ ptē principalem ꝛ materialem eſſe ⎣ ¶ ꝯtingentē et alteri nō incōpoſſibilē: vt ſufficit vnā eſſe cōtigentē qm̄ alta eſt impoſſibil.

¶ Quo haud obſcure cognoſcitur diſiunctiuā ſequi partem fortiorem: ꝛ eſſe ſimilem Cathegorice particulari: hinc enim ad veritatē particularis ſufficit veritas vnius ſingularis: et ad eius falſitatē requirit falſitas oīm ſingulariū: ſic ad veritatē diſiunctiue ſufficit veritas vnius partis: et ad ſui falſitatē requirit falſitas oīm partium principalium.

De negatis

¶ Nec fruſtra additum eſt hoc verbum: Affirmatiue: quia in negatiuis longe ſecus eſt. Ubi ſcias: quod memorate paſſiones non poſſunt facilius cognoſci in negatiuis quā ex affirmatiuis quibus ꝯtradicunt. Nam ſi affirmatiua eſt vera oportet negatiuā eius contradictoriā eſſe falſam: et ediuerſo. vt hec Nō homo eſt animal ꝛ deus eſt: eſt falſa: quia cōtradictoria. Homo eſt anīal ꝛ de⁹ eſt eſt vera. Similiter hec eſt falſa Non homo eſt anīal vel deus eſt diabolus: q: ſua ꝯtradictoria ſcꝫ Homo eſt anīal vel deus eſt diabolus eſt vera. Ita quoqꝫ hec eſt falſa Non ſi Joannes eſt homo Joannes eſt animal: quia ſua cōtradictoria ſcꝫ Si Joannes eſt homo Joannes eſt animal eſt vera.

De varia cōiunctionum vſurpatione

¶ His ſolent deduci quidā modi arguendi: quos in tertio libro recenſebimus vbi tractabitur de argumentatiōe Hec pro pueris ſatis eſſe opinor.
¶ Neminē preterea fugiat Coniunctiones ꝛ aduerbia (que poſſunt eſſe copule hypothetice) quādoqꝫ coniungere ſimplices terminos: vt Homo ſi aſin⁹ eſt rudibilis. Omnis homo vel aſinus eſt aſinus. Joannes ꝛ Barbara ſunt vnus homo. Hoc modo oratiōes in quibus ponūtur ſunt diſtinguende: poſſunt eīm

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432418-p0110-9

# De paſſionibus ꝓpōm hypotheticaꝝ

eſſe Cathegorice ⁊ Hypothetice: ſecundum aliam ⁊ aliam vſurpationē huiuſ⸗modi coniunctionis vel aduerbij In modum qui ſequitur.

[Hec coniun ctio Si vſur pat dupliciť 1.]

¶ Coniunctio Si coniungens ſimplices terminos poteſt ſumi dupliciter.
¶ Condictionatim: quando exponiť per exiſtens: qua in vſurpatione oratio in qua poniť eſt Cathegorica de cōditionato extremo (id eſt ſubiecto vel predica to) Sic hec eſt Cathegorica vera. Om̄e animal ſi eſt aſinus eſt rudibile: quia valet iſtam. Om̄e animal exiſtens aſinus eſt rudibile.

¶ Condictionaliter ⁊ illatiue: quando denotat ſequelā vnius ꝓpoſitionis ex alia: ſic oratio in qua poniť eſt hypothetica cōdictionaľ. Ea in vſurpatione ſen ſus prioris orationis eſt. Si om̄e anīal eſt aſinus omne animal eſt rudibile. [2.]

[Hec ꝯiūctio et dupliciter ſumiť 1.]

¶ Coniunctio copulatiua cōiungens ſimplices terminos vſurpať dupliciter.
¶ Copulatim: quādo denotat alterū extremoꝝ conuenire ambabus copula⸗tiuis collectiue et ſimul ſumptis. Sic oratio in qua poniť eſt Cathegorica de copulato extremo. Ea in vſurpatione illa eſt Cathegorica vera Barbara et Catherina ſunt plures mulieres.

¶ Copulatiue: quando denotat alterū extremorum cōuenire ambobus copu⸗latis diuiſim ⁊ cuiqꝫ ſeorſum. ſic oratio in qua poniť eſt hypothetica copulati⸗ua. Hac in ſignificatiōe prior oratio eſt falſa. Nam valet. Barbara eſt plures mulieres ⁊ Catherina eſt plures mulieres: que eſt copulatiua falſa. [2.]

[Hec ꝯiūctio vel ſumiť du pliciter 1.]

¶ Coniūctio diſiunctiua cōiungens ſimplices termīos vſurpať duobꝰ modis.
¶ Diſiunctim: quādo denotat diſiunctum ex vtroqꝫ cōiunctorum verificari de altero extremorū vel econuerſo: ſic oratio in qua poniť eſt Cathegorica de diſiū⸗cto extremo. Ea in ſignificatiōe hec eſt Cathegorica vera. Om̄is ꝓpoſitio eſt vera vel falſa. Nam valet De qualibet ꝓpoſitione verificať hoc diſiunctum ve rum vel falſum.

¶ Diſiunctiue: quādo denotat vtrūqꝫ diſiunctorum ſeꝑatim vel ſeorſum verifi cari de altero extremorū vel econuerſo. Sic oratio in qua poniť eſt hypothetica diſiunctiua: vt ſenſus prioris orationis eſt. Om̄is ꝓpoſitio eſt vera: vel omnis ꝓpoſitio eſt falſa. Hec diſtinctio diligēter eſt obſeruāda. quia valet ad cogno ſcendas veritates ⁊ falſitates multarū ꝓpoſitionum. [2.]

¶ Ad hunc ſenſum recipiatur ſequens textus.

Nota quod iſte coniunctones Et: Si: Vel: quandoqꝫ coniungunt terminos: quādoqꝫ vero ꝓpoſitiones: quā⸗do coniungunt terminos faciunt propoſitiones cathe⸗goricas de condictionatis: copulatis vel diſiunctis ex⸗tremis. Sed quando cōiungunt ꝓpoſitiones faciūt hy potheticas vt ſupra dictum eſt.

# Libri Tertij preambula.

Libro tertio perquirũtur argumentationis (ſiue cõſequentie) ſpecies vel genera. et logice conditiones. Quid autẽ Argumentatio ſit ſiue cõſequentia: quot ⁊ que ſint paſſiones logice eiuſdem ſatis ex proemio liquet. Pro quorũ clariori intelligentia ſcias: argumẽtationum ſiue conſequentiarũ quandam eſſe bonam: alterã malam: ⁊ vtriuſq̃ multa genera.

Argumẽtationũ varia genera

- Nã quedam eſt
  - ¶ Bona: ⁊ harum quedã
    - ¶ Probatiua tantum
    - ¶ Illatiua tantũ
    - ¶ Probatiua ⁊ illatiua ſimul. Harum quedam eſt
      - Demõſtratiua vl' doctrinalis
      - ¶ Dyalectica
  - ¶ Mala

Conſeqñtia Bona — ¶ Bona eſt: cuius antecedens infert vel probat conſequens.

Probatiua tantum. — ¶ Probatiua tm̃: cui⁹ antecedens ſolum ꝓbat ꝯſequens ſic q̃d ex veritate an̄tecedentis nobis nota deuenim⁹ in cognitionẽ veritatis ꝯſequẽtis que pri⁹ erat nobis ignota vel minus nota: vt Anna eſt pallida g̃ Anna pepit. Hec a multis vocat᷑ Cõſequentia vt nunc bona. Rhetorica. Materialis ⁊ Perſuaſiua.

¶ Quo ſequit᷑: argumentationẽ ꝓbatiuam ſolum cõſtitui ex ꝓpõnibus veris. Nec id ſufficere: ſed ſimul requiri quod veritas an̄tecedentis ſit mag᷒ nota quã conſequẽtis: qm̃ ꝓbare eſt verũ magis notũ ꝑ verũ minus notũ oſtendere.

Illatiua tm̃ — ¶ Illatiua tm̃: cuius antecedens ſolum infert ꝯſequẽs ſic quod impoſſibile eſt antecedens eſſe verũ ſine ꝯſequẽte. vt Joannes currit g̃ Joannes mouet᷑. Hãc Oratores Formalem vocant ⁊ Neceſſario illatiuã. Que vero ad hanc requirantur ꝑquiritur in duobus libris prior Ariſtotelis.

Demõſtratiua — ¶ Demõſtratiua: cuius an̄cedens demr̃at ꝯſequẽs ſic q̃d eſt verũ ⁊ euidenter vel clare cognitũ atq̃ ipſo certitudinaliter ⁊ firmiter cognoſcit ꝯſequẽs eſſe verum ꝓpter euidentẽ ⁊ neceſſariã ſequelã ipſius ex an̄cedente: vt Omẽ anĩal rõnale eſt riſibile: et Homo eſt anĩal rõnale: g̃ Homo eſt riſibilis: Hec ſolũ ꝯſtat ex antecedente neceſſario (nõ potente falſificari) experientia vel aliter clare ⁊ euidenter cognito. Et vocat᷑ aliter doctrinalis quia generat doctrinã id eſt ſcientiã.

Quid ſcientia — Nam noticia cõſequentis in huiuſmodi argumentatione dicit᷑ ſcientia: et noticia ꝓpoſitionum antecedentis experientia vel intellect⁹: De hac tractat᷑ in duobus libris Poſterior Analyticorum.

Dyalectica. Qñ ꝓbabilis ſit ꝓpõ ꝓbabilis. — ¶ Dyalectica: cuius an̄cedens eſt ꝓpoſitio dyalectica. i. nõ neceſſaria nec clare et euidenter cognita ſed ꝓbabilis ꝑ vtraq̃ parte: iudicata vera ab om̄ib⁹ pluribus vel ſapientibus: vt Omis mater diligit filiũ ſuum: et Catherina eſt mater: g̃ Catherina diligit filiũ ſuum. Hec generat opinionẽ: quia noticia ꝯſequẽtis dicit᷑ opinio (.i. aſſenſus cũ formidie.) De q̃ tractat᷑ in octo libris Topicor.

Quid opinio.

Cõſequẽtia Mala — ¶ Mala cuius antecedens nõ infert vel nõ probat conſequens.

¶ Harũ quedam eſt mala ratione

- ¶ Illationis: vt Anna eſt pallida g̃ Anna pepit: que non eſt bona illatiua. Hec dicit᷑ peccare in forma. Et ſoluit᷑ ꝑ interemptionem ſiue negationem cõſequentie.
- ¶ Probationis: vt Homo eſt aſin⁹ g̃ homo eſt rudibilis. Homo eſt riſibilis g̃ aĩal rõnale eſt riſibile: neutra em̄ eſt ꝓbatiua: qm̃ in prima tã an̄cedens quã ꝯſequẽs eſt falſum: q̃d nec ꝓbat nec ꝓbat᷑. In ſcda vero an̄cedens nõ eſt not⁹ ꝙ̃te ſed eq̃ ignotũ. Hec dr̄ peccare in materia. Et ſoluit᷑ ꝑ interemptionẽ an̄tis.
- ¶ Utriuſq̃. ſ. ꝓbatõis ⁊ illatõis: vt hõ eſt q̃drupes g̃ hõ ẽ aſin⁹: q̃ nec ẽ bõa illatia nec ꝓbatia. Et dr̄ peccare ĩ matia ⁊ forã

# De paſſionibus ꝓpõnis hypohetice.

¶ Preterea: qñ ꝯſequẽtia mala habet apparentiã bonitatis: ſic qḋ ꝯſequẽs falſum credit eſſe verꝫ ꝓpter antecedens verꝫ: vel falſum apparens verꝫ: ⁊ propter apparentem ſequelã vniꝰ ex alio. vocat argumẽtatio zophiſtica. vt Quicqd fuiſti ad huc es. ⁊ Puer fuiſti. ǧ Puer adhuc es. vbi eſt defectus in illatione. — *Zophiſtica*

¶ Item Quicqd incepit eſſe factũ eſt ex alio. ⁊ Mundus nõ eſt factꝰ ex alio. ǧ Mundus nõ incepit eſſe: vbi eſt defectus in ꝓbatione: qr añs non eſt verum.

¶ Ne tñ libellus iſte (qui pro pueris ⁊ primũ incipientibꝰ in logica editur) ratione compendij excedat ⁊ ꝓlixitate ſua auditores abſterreat. omiſſa argumẽtatione ꝓbatiua. vel hac paſſione eſſe ꝓbatiuũ (de qua alibi coploſe tractauimus) dicemus hoc loco ſolum de argumentatione illatiua: ſiue de hac ꝓprietate argumentatiõis que eſt eſſe illatiuũ ꝯſequentis ex antecedente. Que autẽ ſit huiuſmodi ⁊ qualis ſit eius natura ⁊ conditio paulo ante diximus. — *De q dictarũ ſpecie ſit ꝯſequendũ*

Quibus perſpeculatis eliciuntur hec corrolaria.

*Corrolaria*

1\. ¶ Si añcedens alicuꝰ ꝯſeq̃ntie eſt verꝫ neceſſario ꝯſeq̃ns eſt verꝫ: ſed nõ econuerſo: ſi ꝯſeq̃ns eſt verꝫ añcedens eſt verꝫ: qr ꝯſeq̃ns poteſt eſſe verꝫ ⁊ añcedens falſum. Hoc. aliter ſic dicit. Poſito añcedente alicuius ꝯſequẽtie bone neceſſario ponit cõſequens illius cõſequentie. ſed nõ ſic poſito cõſequente ponit añcedẽs.

2\. ¶ Si cõſequens alicuius cõſequentie eſt falſum neceſſario añcedens illius erit falſum: ſed nõ econuerſo: ſi añcedens eſt falſum ꝯſequens erit falſum. Deſtructo cõſequente alicuius cõſequentie neceſſario deſtruit antecedens. Sed nõ ſic deſtructo antecedente deſtruit illius conſequens.

3\. ¶ Q̃ñcunq̃ in aliqua ꝯſequẽtia ex oppoſito ꝯdictorio ꝯſequẽtis ſequit neceſſario oppoſitũ ꝯrium vel ꝯdictoriũ añcedentꝭ. Uel oppoſitũ ꝯrium vel ꝯdictoriũ cõſequentis repugnat añcedenti illius ꝯſequẽtie (.i. nõ poteſt ſimul ſtare in veritate cũ antecedente (certũ eſt ꝯſequentiã hanc eſſe bonã illatiuã. Uerbi grã. hec cõſequentia eſt bona. Homo currit. ǧ Homo mouet. qr bene ſequit. Nullꝰ homo mouet. ǧ Nullus homo currit. Etiã illa. Nullus homo mouet: nequit ſimul eſſe vera cũ iſta. Homo currit. Cuiꝰ ratio eſt: qr añcedens nõ poteſt eſſe verũ ſine ꝯſequente Id quod explicat ſequentibus duabus regulis.

*Regule due*

1\. ¶ In omni cõſequentia bona et neceſſario illatiua ex cõtradictorio conſequentis ſequitur contrarium vel cõtradictorium antecedentis.

2\. ¶ In omni conſequentia bona ⁊ neceſſario illatiua oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti.

His facile intelligi poſſunt que Ariſto. 2. priorum libro ſcripſit.

*Regule alie*

In omi ꝯſequentia bona ex añcedente

1\. falſo { flm / verꝫ } ꝯñs ſequi põt: qr ꝯdictoriũ huiꝰ eſt { verũ / flm } qḋ repugnat antecedenti

2\. vero niſi ni / ſi verum { flm }

3\. Nam falſum omni tam falſo quã vero repugnat: verum autem nulli: ſed omne verum vero conſonat.

¶ His rurſus alia ſequuntur corrolaria.

*Corrolariũ*

1\. ¶ Quia omis ꝓpoſitio mũdi repugnat añti impoſſibili. Jccirco. His ꝯña cuiꝰ antecedens eſt impoſſibile eſt bona. qualecũq̃ fuerit cõſequens: vt Homo eſt aſinus. ergo Homo ridet. Hoc eſt quod dicit. Ad impoſſibile ſequit q̃dlibet

Neceſſarium ſequitur ad quodlibet

# Libri Tertij preambula

2\. ¶ Quia ꝓpoſitio neceſſaria ſtat in veritate cum omni ꝓpoſitione: et eius ꝯtradictorium (quia impoſſibile) omni ꝓpoſitioni repugnat. Idcirco: Omnis ꝯſequētia cuius ꝯſequens eſt neceſſariū eſt bona: qualecunqȝ fuerit antecedens: vt Homo currit: ergo de⁹ eſt. Hinc dicitur. Neceſſariū. ſequitur ad quodlibȝ. Quibus manifeſta eſt explanatio ſequentium regularum.

Regule alie

1\. ¶ Quicquid ſtat in veritate cū antecedente bone ꝯñe illō idem ſtat in veritate cū ꝯñte. Et quicquid repugnat cōſequenti etiam repugnat antecedenti eiuſdem.

Uerbi cauſa. hec eſt cōſequentia bona. Tu curris. ergo Tu moueris. Cū cui⁹ antecedente poteſt eſſe vera illa. Tu es albus: igitur ⁊ cū conſequente. Sed hec. Tu quieſcis repugnat conſequenti ergo ⁊ antecedenti.

2\. ¶ Quicquid antecedit antecedens alicui⁹ ꝯſequētie bone etiā antecedit conſequens. Et quicquid ſequitur ad cōſequens etiā ſequitur ad antecedens. Idcirco: multis cōſequentijs ſimul iunctis arguendo a primo antecedente ad vltimū conſequens eſt bona conſequentia.

Uerbi gratia. hec eſt bona cōſequentia: Joannes eſt anial. ergo Joannes eſt corpus: cuius antecedens antecedit illa. Joannes eſt homo (quoniam bene ſequitur. Joannes eſt homo. ergo Joannes eſt anial) et ad ꝯſequens prioris ꝯſequētie ſequitur illa. Joannes eſt ſubā (vt bene ſequitur. Joānes eſt corp⁹. ergo Joannes eſt ſubā) Cōiungendo itaqȝ dictas cōſequentias in hunc modū vel ſimilē. Si Joānes eſt homo Joannes eſt anial: et ſi Joannes eſt anial Joannes eſt corpus: et ſi Joannes eſt corpus Joannes eſt ſubā: arguendo a primo añcedente ad vltimū ꝯſequens: vt ſi Joannes eſt homo Joānes eſt ſubā bona eſt argumētatio.

Alia diuiſio Cōſequētie

¶ Inſuper conſequentiarum alia eſt Materialis: alia Formalis.

Cōſequētia Materialis

¶ Materialis eſt que tenet gratia ¶ materie in aliquib⁹ terminis: ¶ Forme in omnibus ſic quod poteſt dari ꝯña ſil'is forme in qua añs ſit verum ⁊ ꝯñs falſum nequit

¶ Formalis

Formalis

Que ꝯñe dicūtur ſil'is forme. 4. requiſita ad ꝯñas ſil'is forme.

Dicuntur aūt hee ꝯſequentie ſimilis forme: quorū antecedentia ſunt eiuſdē qualitatis ⁊ quātitatis: ita quoqȝ cōſequentia: et in vtraqȝ ponuntur aeque multi termini: eodem ordine vel ſitu. ¶ Ubi quatuor innuuntur requiſita ad conſequētias ſimilis forme.

¶ Eadem qualitas antecedentiū et ꝯſequentiū vtriuſqȝ. in hunc modum. Si

1\. añcedens vnius ꝯñtie ſit ꝓpō affirmatiua: añcedens alterius ſit ꝓpō affirmatia et ſi añcedens vni⁹ fuerit ꝓpō negatiua añcedens alteri⁹ ſit ꝓpō negatiua. Ita quoqȝ dicatur de cōſequente. Defectu cuius: hee ſunt ſimilis forme. Homo currit: ergo Homo mouetur Homo nō currit: ergo Homo nō mouetur.

2\. ¶ Eadem quātitas antecedentiū ⁊ ꝯſequentiū: non ſolum ꝓpōnalis ſed etiā terminalis (.i. quod termini in vtraqȝ ſupponāt eodē modo in ſpetie tam in añte quā in ꝯſequente.) Quare hee nō ſunt ſimilis forme. Animal eſt Joannes: ergo Homo eſt Joānes. Hō eſt aial. Aſin⁹ eſt aial: ⁊ Hō eſt aial: ergo Hō eſt aſin⁹ quia in añcedente prioris ꝯſequētie predicatū ſupponit diſcrete ⁊ in añte poſterioris determiate: et ſic añcedentia nō ſunt eiuſdē quantitatis termialis. Nec ille ſunt ſil'is forme. Omnis hō eſt anial. ergo Aliqd anial eſt hō. Ois hō eſt anial. ergo Omne anial eſt hō: quia ꝯña nō ſunt eiuſdē quātitatis. Item hee nō ſunt ſil'is forme

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432418-p0114-1

# De argumentatione ⁊ ꝯña in genere.

Om̄i tpe riſibile eſt oïs hõ. g̊ Aliquo tpe oïs hõ eſt riſibilis. Om̄i tpe riſibile eſt oïs homo: g̊ Aliquo tpe riſibile eſt oïs homo: qꝛ in cõſequente prioris cõſequẽtie ille terminꝰ homo ſtat cõfuſe tm̄ reſpectu huiꝰ termini diſtributi homo: ſed in ꝯſequẽte poſterioris ſtat determiate in ordine ad eundẽ terminũ diſtributuꝫ.

¶ Ideꝫ numerꝰ termioꝝ. Id eſt: quod tot ponant termini in vna quot in alia. Iccirco quotiẽs terminꝰ aliquis ponit in certo mõ ſcandi in vna ꝯña totiens ipſe vel aliter in eodẽ modo ſcandi ponat in alia. Quare argumẽtatio in q̄ variatur ꝓprietas logica nõ eſt ſimilis forme cũ illa in qua om̄es ſeruant: qm̄ ad mutationẽ ꝓprietatis logice variat identitas ⁊ numerꝰ termioꝝ. Quocirca hec nõ ſunt ſimilis forme. Nullꝰ homo eſt mulier: ergo Nulla mulier eſt aliq̄s hõ. Nullus homo eſt mulier. g̊ Nulla mulier eſt homo: qꝛ in poſteriore ꝯſequẽtia plures ponunt termini quã in priori. Nã in prima ille terminꝰ hõ bis ponit reſtricte in maſculino gñe: ſemel in añte ⁊ ſemel in ꝯñte. ſil'r ille terminꝰ mulier: et ſic in ea ſunt tm̄ duo termini In altera vero ꝯña ponit ille terminꝰ mulier tam in añte quã in ꝯñte: ⁊ ille terminꝰ homo in añte in maſculino gñe: in cõſequente vero irreſtricte in cõmuni genere: et ſic in ea ſunt virtualiter tris termini: qꝛ terminus reſtrictus ⁊ irreſtrictus ſunt formaliter duo termini. 3.

¶ Idem ſitus ⁊ ordo terminoꝝ. Id eſt: termi in vtraqꝫ ponant eodẽ ordine et ſitu: ſic quod quotiens terminꝰ aliquis ponit in vna a parte vnius extremi totiens ipſe vel alter ponat in alia parte eiuſdẽ extremi. Iccirco hec nõ ſunt ſil'is forme. Nullus homo eſt aſinꝰ: et Om̄e rõnale eſt homo. ergo Nullum rõnale eſt aſinus. Nullus aſinꝰ eſt homo: ⁊ Om̄e rõnale eſt homo: ergo Nullũ rõnale eſt aſinus. quia ille terminꝰ aſinus in priore bis ponit a parte p̄dicati. ſed non ſic in poſteriori. 4.

Quo patet hanc conſequentiã. Homo currit: g̊ Animal currit (qua argumentatur ab inferiori ad ſupius) eſſe materialẽ ⁊ nõ formalem. qꝛ illa Homo currit: g̊ Lapis currit. eſt om̄ino ſil'is forme cũ priori: vbi añcedens eſt veꝝ ⁊ cõſequens falſum. Veꝝ ſyllogiſmus vel cõuerſio eſt formalis cõſequentia.

¶ De cõſequẽtia formali notet ſequens regula.

**In omni conſequentia bona ⁊ formali cauendum eſt ne arguat a nõ diſtributo ad diſtributũ. vel a termino ſtãte confuſe tantũ ad eũdem ſtantẽ determinate reſpectu eiuſdem multitudinis. i. termini diſtributi.** Generalis regula

Hoc eſt. ne aliquis terminus diſtribuat in cõſequente qui nõ fuit diſtributꝰ in antecedente. Vel terminꝰ aliquis ſtans in antecedente ꝯfuſe tm̄ reſpectu termi diſtributi in cõſequente ſtet detiate reſpectu eiuſdeꝫ termini diſtributi: qꝛ aliter in ſimili forma dat inſtãtia. Defectu primi. hec ꝯña nõ eſt formalis (licet materialiter bona.) Om̄is hõ eſt riſibil'. g̊ Om̄e riſibile eſt hõ: qꝛ hec eſt ſil'is forme. Om̄is hõ eſt aĩal: g̊ Om̄e aĩal eſt hõ: vbi añcedens eſt veꝝ ſine ꝯñte. Defectu ſecũdi hec nõ eſt formalis. Om̄i tpe lucens ſup noſtrũ hemiſperiũ eſt om̄is ſol: ergo Aliquo tpe lucens ſup noſtrũ hemiſperiũ eſt om̄is ſol. quia eſt hec ſimilis forme. Om̄i tpe riſibile eſt om̄is homo. ergo Aliquo tpe riſibile eſt om̄is homo. vbi antecedens eſt verum ⁊ cõſequens falſum.

¶ Preterea ſciendũ: quod argumentationũ quatuor ſunt ſpecies ſcꝫ Syllogiſmus: Inductio: Exemplũ: ⁊ Enthymema. (Id eſt om̄is argumẽtatio vel cõſequẽtia ſignificat aliquo hoꝝ quattuor nominũ.) Priores tñ due ſpecies ſunt alijs potiores: ad quas cetere reducunt. Quo in ſenſu Boetiꝰ ſcdo Topicꝝ di 4. argumẽtationũ ſpecies.

# Libri Secundi Caput. i.

*Partitio huius libri in 4. capita.*

cit: ſolum duas eſſe ſpecies argumentatiõis. Syllogiſmus tñ omnibus eſt potior ⁊ pfectior. Quocirca reliq̃ oẽs ad ſyllogiſmũ reducunt: vt inferius oñdet. ¶ Et põt liber iſte ſm dictas q̃tuor ſpẽs recte ptiri in totidẽ capita. Quoꝝ priore agit de Sillogiſmo argumẽtatõis ſpẽ pfectiſſima. Scđo de Inductõe. Tertio de Exẽplo. Quarto ⁊ poſtremo de Enthymemate ac regulis eiuſdem.

## Caput primum.

*Quid Syllogiſmus.*

Est autẽ ſyllogiſmus ꝓpoſitio hypothetica rõnalis. in cuius añte premittunt due ꝓpõnes vnite p ꝯiunctionẽ copulatiuã (que pmiſſe vocant) ex quib⁹ infert in neceſſaria ⁊ formali ꝯña loco ꝯñtis ꝓpoſitio in q̃ vniunt termini in neutra pmiſſaꝝ ſimul poſiti: vel ſaltẽ nõ ſub eadẽ rõne officij vniti (que ꝯcl'o dicit.) Exm̃ primi. Oĩe rõnale eſt riſibile. et Omnis homo eſt rõnalis. ğ Omnis hõ eſt riſibilis. Exm̃ ſcđi. Omnis hõ eſt homo. et Omnis homo eſt homo: ğ Omnis homo eſt homo. vbi in ꝯſequẽte vniunt illi termĩ homo: homo: qui etiã vniti ſunt in pmiſſis: ſed ſub alio ⁊ alio offitio. Nam in ꝯcl'one vniunt inquantũ hñt offitiũ extremitatũ: in vtraq; autẽ premiſſaꝝ vnus habet offitiũ medij: et alter extremitatis. vt ex ſequentibus clarius cognoſces. Hoc ſenſu recipiat ſequens definitio ſyllogiſmi.

**Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdã poſitis: aliud quidẽ ab his que poſita ſunt ex neceſſitate accidit: eo q̃ hec ſunt. Vel ſic. Syllogiſm⁹ eſt oratio: in qua quibuſdã poſitis neceſſe eſt aliud euenire p ea que poſita ſunt.**

*Duo req̃ſita ad ſyllogiſmũ.*

¶ Ubi duo innuunt requiſita ad ſyllogiſmũ.

*1. Materialia.*

¶ Quibus ſyllogiſmus cõſtet vel materialiter ꝯſtituat: quoniã tribus ꝓpõnibus quaꝝ priores due copulatiue vnite ponunt loco añtis ⁊ pmiſſe vocant. Id qđ ſcatur hac parte definitiõis. Quibuſdã. Poſterior vero que ex his infert et fungit munere ꝯſequentis cõcluſio nominat: et innuit in definitione hoc verbo Aliud. Et vocant hee ꝓpõnes principia ꝯſtitutiua materialia propinqua ſyllogiſmorum: ſicut termini quibus ꝯſtituunt materialia remota.

*2. formalia*

¶ Eorundem principioꝝ certa ⁊ debita ordinatio. i. q̃ ꝓpõnes ille certa lege et debite ordinent ſimiliter et termini quib⁹ conſtituunt (quõ non ex quibuſlibet ꝓpõnibus ⁊ terminis quõlibet ordinatis ſequat concluſio neceſſario ⁊ formaliter.) Id quod deſignat in definitione quãdo dicit. Poſitis: et ſubiungit. Ex neceſſitate accidit eo qđ hec ſunt. Et orõnes hmõi ordinationẽ terminoꝝ ⁊ ꝓpõnum explicantes. vocant principia ꝯſtitutiua formalia ſyllogiſmoꝝ.

*De p̃ncipijs regulatis ſyllogiſmorũ.*

¶ Qualis aũt ordinatio terminoꝝ ⁊ propoſitionũ exigatur ad ſyllogiſmi cõſtitutionem ex principijs regulatiuis eorundem radicitus dignoſci poteſt ⁊ ſatis abunde eijſdem explicatur.

¶ Sunt aũt hec ꝓpõnes euidentes ad quoꝝ formã ⁊ exemplar oĩes ſyllogiſmos formari ⁊ inſtitui oportet: vel ſaltẽ virtute aliquaꝝ ꝓpoſitionũ euidentium ad ſyllogiſmos ſecundum hec principia inſtitutos reduci.

*Quid ꝓpõ p ſe nota / Dignitas / Maxima / Cõis ani cõceptio / Principiũ / Sedes vl' locus argumẽtationis*

*Et ſolẽt aliter vocari*

¶ ꝓpões p ſe note qm̃ cuiq; ꝯgnoſcẽti tioꝝ ſcatiões innoteſcet. eaꝝ vẽritas

¶ Dignitates: q2 digne ſunt ꝯceſſiõe ꝓpt euidentẽ eaꝝ veritatẽ.

¶ Maxime: non quidẽ quantitate ſed virtute ⁊ gradu certitudinis.

¶ Cões ani ꝯceptões: qm̃ q̃ſq; eas auditas approbat ⁊ ap ꝓbãdo ꝯcedit

¶ Principia: q2 in agnoſcẽda ꝯñaꝝ bonitate oportet eas preſciri.

¶ Sedes vel loci argumentatiõis: qm̃ inſtar ſedis aut loci corpalis fixionẽ: firmitatẽ vel recreationẽ reb⁹ locatis ⁊ defatigatis corpib⁹ p̃ſtãt intellectũ de bõitate ꝯñtie vl' argũtatõis dubitãtem q̃etãt firmãt ⁊ ſtabiliũt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432418-p0116-2

# De Syllogiſmo

Ab his etiam principiȷ̄s ſyllogiſmi qui de ſe nō ſunt euidentes recipiunt ſuā euidentiā ⁊ ꝑfectionē. Quanto enim ſyllogiſmus alteri horum principioꝝ confoꝛmioꝛ vel ſimilioꝛ tanto ꝑfectioꝛ ⁊ ſua bonitas euidentioꝛ: ⁊ quo ipſi minus cōformis vel diſſimilioꝛ ⁊ plus ab eo elongatus tanto imꝑfectioꝛ ⁊ minus euidēs eſt eius bonitas. Quāuis itaqꝫ quidam ſyllogiſmoꝝ non habent euidentius ſe in genere ſyllogiſmoꝝ aut conſequentiaꝝ omnes tamē ⁊ ſinguli habent quippiam euidentius in genere ꝓpoſitionum.

¶ Sunt aūt pꝛincipia regulatiua ſyllogiſmoꝝ ſequētes ꝓpoſitiones: vel in ſententia eis ſimiles. — Que ſint pn̄cipia regulatiua 1.

Quodcunque dicibile vere et [Affirmatiue / Negatiue] p̄dicat̄ aut p̄dicari denotat̄ de aliq̄ ſubiecto cōplete ⁊ ꝑfecte diſtributo: illō denotat̄ ꝟe ⁊ [affirmatiē / negatiue] pꝛedicari de oī eo de q̄ ſubiectū illō diſtributū vere ⁊ affirmatiē poteſt pꝛedicari. 2.

Uerbi gratia. Si hec fuerit vera.

[Oīs homo eſt animal / Null⁹ homo eſt aſinus] ſubictō cōplete diſtributo: ſimꝰ ⁊ iſta Oīe rōnale eſt homo: in q̄ idē ſubiectū vere ⁊ affirmatiue pꝛedicat̄ de rōnali: neceſſe eſt hanc eſſe veram [Rōnale eſt animal / rōnale nō eſt aſinus] in q̄ pꝛedicatū pꝛime ꝓpoſitiōis de ſubiecto ſecunde ꝓpōnis pꝛedicat̄ [affirmatiue / negatiue]

Harum ꝓpoſitionū veritas ſatis pateſcit cōſiderata virtute cōplete diſtributionis. Et explicant̄ cōmuniter his verbis.

Quicquid [¶ Affirmatur vel affirmari / ¶ Negatur vel negari] denotat̄ de ſubiecto diſtributo illō [¶ affirmatur vel affirmari / ¶ Negatur vel negari] denotat̄ de q̄libꝫ ſubſūpto ſub eo

Quo ſatis ꝑſpicuū eſſe opinoꝛ hec cōplexa. Dici de omī Dici de nullo: ꝓpꝛie nō eſſe principia regulatiua: ſolent aūt a logicis vocari pꝛincipia reglꝰatiua: q: illa ꝟcant. Nā h̄ cōplexū Dici de omī: pꝛiorē ꝓpōnē ꝟcat ⁊ Dici de nllꝰo poſteriorē.

¶ Si vero querit̄ vno hoꝝ pꝛincipioꝝ ſyllogiſmus quiſpiā regulet̄? Reſpondeas ſyllogiſmū affirmatiuū regulari ꝟm pꝛius pꝛincipiū: ⁊ negatiuū ꝟm poſteri⁹

¶ Ubi ſciendum: quod

Syllogiſmus [¶ Affiꝛatiu⁹ / ¶ Negatiu⁹] eſt cui⁹ ꝯclꝰo eſt [¶ affirmatiua cū vtraqꝫ ꝑmiſſaꝝ: vt Oīs hō eſt riſibilꝰ ⁊ Gotfrid⁹ ē hō: g̊ Gotfrid⁹ ē riſibilꝰ / ¶ Negatiua cū altera ꝑmiſſaꝝ: vt Null⁹ hō eſt aſin⁹: ⁊ Petr⁹ eſt hō g̊ Petr⁹ nō eſt aſin⁹.] — Sillogiſm⁹ affirmatiu⁹ / Negatiuus

His facile ſequentia interpꝛetari poſſunt.

Regulat̄ autē omīs ſyllogiſmus ꝑ Dici de omī vel nullo

Dici de [Omni / Nullo] eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto de quo nō [dicatur / remoueatur] pꝛedicatū

# Libri Tertij Caput .i.

Quib⁹ ſyllogiſmus materialiter cõſtat: ſiue que ſũt materialia principia ipſius.

Quibus diligentius penſiculatis liquido cõſtabit ſyllogiſmũ materialiter cõſtare tribus ꝓpõnibus: et tribus terminis. Propoſitionibus quidẽ ꝓpinque et immediate: duabus loco añcedentis poſitis: et tertia poſita loco conſequentis quã ob rem principia materialia ꝓpinqua vocant̃. Tribus vero terminis (qui ſyllogiſtici dicunt̃.) mediate ⁊ remote: quoꝝ vnus ſcd̃m ſe vel ſibi ſinonymũ ponitur in vtraq3 ꝓpõne añcedentis. reliqui vero duo illi in ꝓpõnibus añcedentis iuncti tertiã ꝓpõnem (puta cõſequentis) integrant ⁊ ꝑficiunt. Qui ꝓpterea principia materialia remota vocantur.

¶ Solet aũt inter ꝓpões loco añcedentis poſitas Prior dici maior (q2 in virtute ſit totus ſyllogiſmus) altera minor. Tertia (que loco cõſequentis ponit̃.) Concluſio: eo quod ex prioribus duabus inferat̃ vel ꝯcludat̃. Terminus vero qui in vtraq3 ꝓpõne añcedent3 ponit̃: et ſic bis ante ꝯcluſionẽ Mediũ. Et quicquid ponit̃ cum eo in maiori ꝓpõne tenens ſe ad partẽ materialem ꝓpõnis q̃d non eſt mediũ vel pars medij dicit̃ Maior extremitas. Ita quoq3: illud quod ponit̃ in minori ꝓpõne quod non eſt mediũ dicit̃ Minor extremitas. Verbi grã in hoc exemplo. Om̃e rõnale eſt riſibile. Om̃is homo eſt rõnalis ergo Omnis homo eſt riſibilis. Hec ꝓpoſitio Om̃e rõnale eſt riſibile: dicitur Maior: et illa. Omnis homo eſt rõnalis. Minor. iſta vero. Omnis homo eſt riſibilis: vocat̃ Concluſio. Hic terminus rõnale eſt Medium. Ille terminus riſibile Maior extremitas: et iſte terminus homo Minor extremitas.

Hoc ſenſu recipiantur ſequentia.

Om̃is ſyllogiſmus cõſtat ex tribus terminis ⁊ duabus ꝓpõnibus. Quaꝝ prima vocat̃ maior: ſcd̃a minor. Terminorũ alius vocat̃ Mediũ: et eſt qui bis ſumit̃ ante cõcluſionẽ. Alius Maior extremitas. qui eſt termin⁹ ſumptus in maiore ꝓpõne cum medio. Alius: Minor extremitas: ⁊ eſt qui ponitur in minore ꝓpõne cum medio.

Id eſt ꝓpões ſiue ꝓmiſſe quibus ſyllogiſmus ꝑficit̃ ſignificant̃ his duob⁹ vocabulis. Maior ꝓpoſitio. Minor ꝓpoſitio. et termini ipſas ingredietes his tribus. Mediũ. Maior extremitas. Minor extremitas. ¶ Et terminus ille qui in premiſſis habet rationẽ medij ſub eadẽ ratione nõ ingredit̃ ꝯcluſionẽ: q2 cõcluſio cõponit̃ ex duabus extremitatibus ſc3 maiore ⁊ minore. Hinc dicit̃.

Regula

Lex generalis erit medium concludere neſcit.

Quid directe ꝯcludere q̃d indirecte

¶ Ubi rurſus ſciendum: q̃n maior extremitas predicat̃ in ꝯcluſione de minore dicit̃ ſyllogiſmus talis directe ꝯcludere Quãdo eduerſo minor extremitas predicat̃ de maiore indirecte ꝯcludit: Quod alij ſic enunciant.

Directe maiorẽ extremitatẽ ꝓdi- minore
ꝯcludere eſt carí in ꝯclõne de
Indirecte minorẽ maiore

De ꝑncipijs formalib⁹ ſillogiſmorũ.

Receſſitis principijs materialib⁹ ſyllogiſmoꝝ de formalib⁹ eorundẽ ſermo inſtituend⁹ eſt: quib⁹ explicat̃ materialiũ .i. termioꝝ ⁊ ꝓpõnu3 debita ordinatio Sũt aũt hoꝝ duo. Alteꝝ principioꝝ materialiũ remotoꝝ .i. tioꝝ reliquũ ꝓpinqꝝ .i. ꝓpõnu3. Qđ h̃ ſenſu accipiendũ eſt. Duo ſũt t̃mi ſpectiuoce diſticti ꝑcantes oĩa ꝑncipia fořalia ſyllogiſmoꝝ: ſc3 Figura ⁊ Modus: q̃ꝝ alt̃ ꝑcat oẽs ꝓpões triũ tioꝝ ſyllogiſticoꝝ: reliqu⁹ v̉o duaꝝ ꝓpõnu3 debitã ordinationẽ explicãtes ꝑcat. De quib⁹ in ordinẽ dicem⁹. Et cũ ꝑmis de ꝑncipio fořali ſiue ordinatiõe tioꝝ.

# De Syllogiſmo

Ubi ſcias: quod debita ordinatio terminoꝝ ſcat hoc noīe figura ſyllogiſtica: Et cōſiſtit in ordinatiōe medij quo ad ſubiectionē ⁊ predicationē in vtraqꝫ premiſſaꝝ quod vel habet ſe vniformiter: vel difformiter.

Que ſit debita ordinatio terminorū ſiue figura ſyllogiſtica Et quotruplex.

¶ Difformiter (⁊ vario modo) ſic qꝺ in vna ſubiciat et in alia predicet (. Et hāc ordinationē ſcat hoc nomen prima figura large ſumpto vocabulo.) Et h duplr ꝯtigit vl' em̄ ſubicit in

¶ Maiore ⁊ p̄dicat in minore. Maior vero extremitas in maiore p̄dicat Minor extremitas in miore ſubicit: vt hic Om̄is homo eſt riſibilis: et Om̄e rōnale eſt homo: ergo Om̄e rōnale eſt riſibile. Et ſcat hec ordiatio hoc nomie prima figura proprie ſumpto vocabulo.

Prima figura

¶ Minore ⁊ predicat in maiore: ſic quod maior extremitas in maiore ſubiciat: et minor extremitas in miore p̄dicet: vt Om̄is hō eſt aial et Om̄e anial eſt ſenſitiuū: ergo Om̄is homo eſt ſenſitiuus. Et ſcat ordinatio iſta hoc noīe Quarta figura: quā ponit Galenus: ſed Ariſtoteles eam obmittit.

Quarta figura

¶ Uniformiter (⁊ eodē modo) ſcꝫ i vtraqꝫ

¶ Predicando ſic quod extremitates in vtraqꝫ ſubiciantur: vt hic Omnis homo eſt riſibilis: et Nullus aſinus eſt riſibilis. ꝗ Nullus aſinus eſt homo. Hec ordinatio ſcat hoc nomine Secunda figura.

Scd̄a figura

¶ Subiciēdo: ſic qꝺ extremitates predicent in vtraqꝫ vt Om̄e animal eſt ſenſitiuū ⁊ Aliquod corpus eſt ſenſitiuū: ergo Aliquod corpus eſt anial. Hec ordinatio ſignificat hoc nomine Tertia figura.

Tertia figura

Dicte quatuor ꝓpōnes (quib⁹ logici explicāt debitā ſubiectionē ⁊ predicationē principioꝝ materialiū remotoꝝ. i. terminoꝝ ſyllogiſticoꝝ ne illoꝝ ſitu impediat forma ſyllogiſtica) ſcatur hoc nomine figura. Id qꝺ voluit Pe. hiſ. dum ait.

Quid figura ſyllogiſtica

**Figura eſt ordinatio triuꝫ terminorum ſecundum debitam ſubiectionem ⁊ predicationem.**

His p̄terea facile cognoſcit Cuiuſqꝫ ſyllogiſmi terminos ordinari in ſubiectione ⁊ predicatione ad imaginē alicuius dictaꝝ ꝓpōnum. Et hoc eſt ſyllogiſmū eſſe in figura. Et qꝛ dicte ꝓpōnes tris ſunt (ſumēdo primā figurā large: aut ſecundū modum loquēdi philoſophi omittēdo quartā) vel quatuor (ſumendo Primā ꝓprie ⁊ ſcd̄m mentē Galeni ⁊ alioꝝ ꝯnumerando quartā) dicim⁹ ſcd̄m hoc tris vel quatuor eſſe figuras ſyllogiſticas. Quo ſatꝫ claret q̄ ſenſu dicatur.

Quid ſit ſyllogiſmū eſſe in figura

**Figure ſyllogiſtice ſunt tris ſcꝫ Prima: Secūda: Tertia ¶ Prima eſt in qua mediū ſubicit in vna ⁊ p̄dicat in alia ¶ Scd̄a figura eſt: in qua mediū p̄dicat in vtraqꝫ. ¶ Tertia figura eſt in qua mediū ſubicit in vtraqꝫ. ¶ Uel aliter Figure ſyllogiſtice ſunt quatuor ſcꝫ prima: ſcd̄a: tertia: ⁊ quarta. ¶ Et prima eſt: in qua mediū ſubicit in maiore ⁊ p̄dicat in miore. ¶ Scd̄a: in qua mediū p̄dicat in vtraqꝫ ¶ Tertia: in qua mediū ſubicit in vtraqꝫ. ¶ Quarta: in qua mediū ſubicitur in minore ⁊ predicatur in maiore.**

¶ Quibus ſatis innui videt: ad debitā formā ſyllogiſmi ex parte terminoꝝ requiri certum numerū: ſitum ⁊ ordinem debitum. quorum altero deficiēte ſyllo-

giſmus non valet. ¶ Ut autē hec in ſyllogiſmo obſeruent̄ neceſſe eſt nullum dictorum trium terminoꝝ equiuocari (et alterā extremitatē totam p̄dicari in cōcluſione de reliqua tota ſcd̄m eandē habitudinē qua in altera premiſſaꝝ de medio. Aliter eni variaret̄ nūerus vel ſit⁹ terminoꝝ: et ſic debita for̄a ſyllogiſtica

Dicitur autē tūc potiſſimū equiuocari [Medium / Extrēitas] quādo ꝓ alijs vel plurib⁹ accipitur in [¶ premiſſa affirmatiua quā negatiua vel in qua nō diſtribuit̄ quā in ea qua diſtribuitur. / ¶ cōcluſione ſaltē cum diſtributione ꝗ̄ in premiſſa: vl̄ in p̄miſſa ſiue diſtributiōe quā in ꝯcluſione]

**Argumētatiōes inualide.**

Quare nō valet argumentatio. Om̄e ens cum quo comediſti eſt coclear: ⁊ Joannes eſt ens cum quo comediſti: ḡ Joānes eſt coclear: qr̄ prepoſitio cū equiuocat̄. Nam in maiore notat circumſtantiā cauſe inſtrumentalis: et in minore aſſociationē. ¶ Nec iſta Hoc eſt aſinus (demonſtrādo brunellū.) et Hoc eſt homo (demōſtrando Petrū) ergo Homo eſt aſinus: quia mediū equiuocat̄

**Corolariū 1.**

¶ Quibus non pauca eliciuntur corrolaria.

¶ Medium in premiſſis: nec aliqua extremitatū in premiſſa ⁊ concluſione varietur quo ad acceptionē ſiue ꝓprietatē logicam (potiſſimū quo ad ſuppoſitionē in genere: remotionē ⁊ alienationē: aut etiā ceteras: puta ampliationē: reſtrictionem ⁊ appellationē) ea lege ſaltē quod pro alijs vel pluribus accipet̄ mediū in p̄miſſa affirmatiua vel in qua nō diſtribuit̄ quā negatiua aut qua diſtribuit̄ Uel aliqua extremitatū in concluſione (ſaltē cum diſtributione) quā in p̄miſſa Uel etiā aliqua extremitatū non diſtributa in premiſſa ꝓ alijs vel plurib⁹ acciperet̄ quā in cōcluſione. Nam his variatis tollit̄ terminoꝝ identitas ⁊ fit equiuocatio. ¶ Quare ſequentes argumentatiōes non ſunt ſyllogiſtice nec bone.

**Argumētationes inualide.**

Omnis canis eſt animal latrabile: et Sydus celeſte eſt canis. ḡ Sydus celeſte eſt animal latrabile. ¶ Quilibet homo eſt maſculus: ⁊ Anna eſt homo: ḡ Anna eſt maſculus. ¶ Nullus homo eſt mulier: et Anna eſt homo: ḡ Anna non eſt mulier. ¶ Omne animal eſt genus: et Homo eſt animal: ergo Homo eſt genus. ¶ Om̄is hō eſt ſenſitiu⁹: et Hec ſtatua eſt hō pictus: ḡ Hec ſtatua eſt ſenſitiua. ¶ Om̄e anial reſpirat: et iſte lapis apparēter eſt anial ḡ iſte lapis reſpirat. ¶ Nullū differens ab hoīe eſt Joannes: ⁊ Joannes eſt ab hoīe differens: ḡ Joānes nō eſt Joānes. Nam in his oīb⁹ variat̄ idētitas medij. ¶ Ita ꝗ̄ nō valēt hee argumentatiōes. Nullū ſenſitiuū eſt ſignū Zodiaci. Leo eſt ſenſitiu⁹: ḡ Leo nō eſt ſignū Zodiaci. ¶ Nulla ſpēs logica eſt ſubā: et Homo eſt ſpēs logica: ḡ Aliq̄s homo nō eſt ſubā. ¶ Nullū viuū eſt mortuū: et om̄is hō eſt viuus: ḡ Nullus homo eſt mortuus. ¶ Nullū generandū eſt rōnale. ⁊ Aliquis homo eſt generādus: ḡ Aliquis hō non eſt rōnalis. ¶ Quilibȝ hō eſt maſculus: ⁊ Quilibet homo eſt aliq̄s homo: ḡ Om̄is homo eſt maſculus: qm̄ in om̄ib⁹ his variat̄ minor extremitas. ¶ In ſequētibus variat̄ maior extremitas Om̄e rationale veniente cognoſcit: ⁊ Om̄is homo eſt rationalis: ergo Om̄is homo cognoſcit venientē. ¶ Nullus ꝓcul a flumine haurit aquas cribro: ⁊ Cuſtodiēs mulierē eſt ꝓcul a flumie: ḡ Cuſtodiens mulierē nō haurit aq̄s cribro.

2\. ¶ In prima figura nō ſit plus predicati minoris quā ſubiecti diſtributi maioris. Quod alij ſic dicūt. In prima figura mediū ſit totale predicatū minoris et eiuſdem numeri cui⁹ eſt in maiore: aliter em̄ variat̄ identitas medij.

**Argumētationes inualide**

¶ Defectu cuius hee argumentationes ſunt inualide. Nullus denarius valet groſſum: et Omnis florenus valet denariū: ergo Nullus florenus valet groſſum. ¶ Nullum riſibile eſt aſinus: et Brunellus eſt riſibile vel rudibile: ergo

# De Syllogiſmo

Brunellus nō eſt aſinꝰ. ¶ Nullum ſubiectū eſt predicatū: ⁊ Omnis ꝓpoſitio ha
bet ſubiectū ergo Nulla ꝓpō habꝫ predicatū. ¶ Cuiuſlibꝫ hois aīa eſt immor
talis. Aſinꝰ eſt hois: ergo Aſini aīa eſt immortal'. ¶ Omnes epiſcopi ſunt ſa
cerdotes: et Oēs aſini ſunt epiſcopi (in gtō) ergo Oēs aſini ſunt ſacerdotes.
¶ Cuiuſlibet hois aſinꝰ currit: ⁊ Omnia riſibilia ſunt hoies: ergo Oim riſibiliū
aſinus currit: ſed minor formet' hoc pacto. Omnia riſibilia ſunt homo.
¶ His cōſentit hec regula. Quotiēs mediū ꝯſtruit' cum verbo pſonali in mino
re ꝓpōne ſemꝑ debꝫ poni in recto eiuſdē numeri cum caſu quo ponebat' in ma
iore. nō obſtante quod in maiore fuerit diſtributū vel ſingulariſatū in obliquo.
Nam aliter plus eſſꝫ ꝑdicati minoris quā ſubiecti diſtributi maioris: obliquꝰ
eñ ſe ſolo nō eſt ꝑdicatū ſꝫ circa ipm ſubaudit' rectꝰ tranſcēdens: vt ſuꝑ patuit
¶ In prima figura copula minoris ꝓpōnis nō oportet plures drīas tꝑm quā 3.
copula maioris: nec importet aliquā drīam tꝑis nō incluſam in copula maio
ris (q̄ aliter tollet' identitas mediꝫ ⁊ accipit' ꝓ alijs vel pluribꝰ in minore quā
in maiore: et plus eſt ꝑdicati minoris quā ſubiecti diſtributi maioris.) Quare
Ex vna de preterito maiore vel minore: et reliqua de futuro. Aut maiore de co
pula nō ampliatiua vel minꝰ ampliatiua ⁊ minore ꝺ copula magis ampliatia
nō valet ſyllogiſmꝰ: vt nō ſequit'. Omne animal fuit embrio: ⁊ Antichriſtus erit Argumētationes inualide
aīal: ergo Antichriſtus fuit embrio. ¶ Omnis homo reſpirat: ⁊ Adā fuit homo
ergo Adā reſpirat. ¶ Nullum mortuū viuit: ⁊ Homo viuꝰ erit mortuus: ergo
homo viuꝰ nō viuit. ¶ Nullū creās eſt deus: ⁊ Patrē in diuinis ꝯtingit eſſe cre
antē: ergo Pater in diuinis nō eſt deus. ¶ Omne lucens ſuꝑ noſtrū hemiſperiū
eſt ſol: ⁊ Lunā poſſibile eſt lucere ſuꝑ noſtrū hemiſperiū: g̊ Luna eſt ſol. ¶ Ois
deus eſt immortal'. ⁊ Iouem opinatū eſt eſſe deū. ergo Iupiter eſt immortal'.
¶ Terminus cōmunis nō diſtributus determinās mediū diſtributū in maiori 4.
ꝓpōne reſtringat' in minore relatiuo identitatis: q̄ aliter equiuocaret' medium.
¶ Quare inutilis eſt hec argumētatio. Alicuiꝰ ſpēi omne indiuiduū eſt aſinꝰ et
Ioannes eſt indiuiduū alicuiꝰ ſpēi: ergo Ioannes eſt aſinꝰ. Sed minor ſic for
metur: ⁊ Ioannes eſt indiuiduū eiuſdē ſpēi: que eſt falſa vt cōcluſio.
¶ Una extremitatū tota predicet' de reliqua tota ſecluſo medio. Iccirco volēs 5.
recte ꝯcludere ſumat maiorē ꝓpōnē ⁊ loco mediꝫ ponat minorē extremitatē in Nota.
eodē caſu ⁊ numero quo ponebat' mediū ceteris inuariatis. ¶ Defectu cuiꝰ nō Argumētationes inualide.
valent ſequētes argumentatiōes. Omne riſibile vel rudibile eſt aſinꝰ: ⁊ Reſpon
dens eſt riſibilis: ergo Reſpōdens eſt aſinꝰ: ſed ſic ꝯcludat': ergo ridens vel ru
dibile eſt aſinus. ¶ Ois res eſt ſingularis: ⁊ Terminꝰ cōis eſt res: ergo Termi
nus cōis eſt ſingularis: ſed ſic cōcludat': ergo Terminꝰ cōis eſt res ſingularis:
q̄ hoc totū fuit predicatū maioris ſaltē adiectiue ſumendo ly ſingularis.
¶ Qualis eſt habitudo maioris extremitatis ad mediū in maiori ꝓpōne tal' ſit 6.
ipſius ad maiorē extremitatē in concluſione: in caſu: ſitu: ⁊ habitudine copule
quo ad drīam tꝑis ⁊ ceteras modificatiōes: ſic quod minor extremitas ſit illiꝰ
caſus in ꝯcl'one cuiꝰ fuit mediū in maiore: ⁊ pars maioris extremitatis que in
maiore ꝑceſſit copulā ⁊ iungit' medio etiā in cucluſione precedat ⁊ vniat' minori
extremitati. ¶ Quocirca nō valet hec rgumētatio. Cuiuſlibet hois aſinus eſt Argumētationes inualide.
quadrupes: ⁊ Ioannes eſt hō: g̊ Ioānes eſt aſinꝰ q̄drupes: vel ſic g̊ Ioannes
aſinꝰ eſt q̄drupes: ſed ſic ꝯcludat'. Igit' Ioannis aſinꝰ eſt q̄drupes. ¶ Nec va
let hec ſyllogiſatio. Omne riſibile vel rudibile eſt aſinꝰ: ⁊ Ois hō eſt riſibil': g̊ Ois
homo eſt rudibile vel aſinꝰ: Sed ſic cōcludat': g̊ Ois hō vel rudibile eſt aſinꝰ.
¶ In concluſione preter ſignū vl'e vel particl'are determinās ſubiectū ꝓpōnis. 7.

nullum ponaꝛ ſyncathegorema: modus: aduerbiū: vel alia determinatio variãs ſenſum ꝓpõnis nõ poſita in maiore: nec formaliter ex ea inferibilis: etiam ſi aliqua ponaꝛ in minore: nec illic poſita deponaꝛ. Et determinãs predicatū vel compoſitionē in maiore idem determinet in ꝯcluſione. ¶ Quare nõ valent ſequentes argumentatiões.

Argumētationes inualide

Om̄is deus creat: et Queqꝫ pſona diuina neceſſario eſt deꝰ. ergo Queqꝫ pſona diuina neceſſario creat: ſed ſic ꝯcludaꝛ: ergo Queqꝫ pſona diuina creat. ¶ Om̄is homo eſt aĩal: et Tm̄ riſibile eſt homo: ergo Tm̄ riſibile eſt aĩal: ſed ſic ꝯcludaꝛ: ergo riſibile eſt aĩal. ¶ Om̄e albū eſt corpus: et Om̄e aĩal preter coruū eſt albū: ergo Om̄e aĩal p̄ter coruū eſt corpꝰ. Sꝫ ſic cõcludaꝛ: ergo Om̄e aĩal eſt corpus. ¶ Om̄is imago hoĩs apparēter eſt hõ: et Hec ſtatua eſt imago hoĩs: ergo Hec ſtatua eſt hõ: ſed ſic ꝯcludaꝛ: ergo Hec ſtatua apparēter eſt hõ. ¶ Om̄e albū poſſibile eſt eſſe nigrū: et Cygnꝰ eſt albꝰ ergo Cygnꝰ eſt niger: ſed ſic ꝯcludaꝛ: ergo Cygnū poſſibile eſt eſſe nigrum.

¶ Scias tñ: quod nõ eſt incõueniens mediū accipi ꝓ paucioribꝰ in ꝓpõne qua nõ diſtribuiꝛ: vel affirmatiua ſyllogiſmi negatiui quã in reliqua. Aut aliquam extremitatū ꝓ pluribus vſurpari in ꝯcluſione ſine diſtributiõe quã in premiſſis vel etiã diſtributã ꝓ paucioribꝰ accipi in ꝯcluſione quã diſtribuiꝛ in premiſſis. ¶ Quare ex maiore de copula magis ampliatiua: et minore de copula nõ ampliatiua vel minꝰ ampliatiua valet ſyllogiſmꝰ: vt Om̄is homo eſt aĩal ⁊ Petrus eſt aliquis homo: ergo Petrus eſt aĩal. ¶ Om̄is homo fuit aĩal: ⁊ Joannes fuit homo: ergo Joannes fuit aĩal. ¶ Omnē hominē poſſibile eſt currere. et Joannes eſt homo: ergo Joannē poſſibile eſt currere. ¶ Quibus multa poſſunt elici corrolaria: que breuitatis gratia miſſa facio.

Duo requiſita ex pte modi: ſiue ad debitã ordinationē ꝓpõm

¶ Supeſt vt de principio formali ſiue debita ordinatiõe ꝓpõnuꝫ q̃ ex eis ſyllogiſmus fiat (ſcato hoc nõie Modus ſyllogiſticꝰ) v̈ba faciemꝰ. Ubi notãdum debitã ordinationē ꝓpõnuꝫ ſyllogiſticoꝝ in hꝫ ꝯſiſtere: ꝙ ipſe ſint debite q̃litatꝭ: et quãtitatis. Quo duo innuunꝛ rõne ꝓpõnum ad formã ſyllogiſmi requiſita.

Primū Duo reqrūꝛ ad debitã q̃litatē ſyllogiſmi i.

¶ Debita qualitas: puta ꝙ ad minꝰ altera premiſſaꝝ ſit affirmatiua: ⁊ vna p̄miſſaꝝ exiſtente negatiua ſit quoqꝫ cõcluſio negatiua: qm̄ hec ſatꝭ innuūt principia regulatiua ſi recte penſiculata fuerint. Ubi rurſus duo innuūtur ratione qualitatis requiſita.

Affirmatiã formaliter

Affirmatiã virtualiter

¶ Quod ad minus altera premiſſaꝝ ſit affirmatiua (quod intelligendū eſt formaliter vel virtualiter) poſſunt tñ ambe eſſe affirmatiue. ¶ Uoco aūt affirmatiuã formaliter: cuius copula principalis vel principalior eius pars affirmaꝛ: vt Joannē poſſibile eſt eſſe doctū. Affirmatiua vero virtualiter eſt: cuiꝰ copula vel principalior eius pars licet negaꝛ ipſa tamē in ꝯſequēdo equiualet affirmatiue. vt eſt ꝓpoſitio de cõtingenti ad vtrūlibꝫ negatiõe poſtpoſita modo (vt Omnē hominē ꝯtingit nõ eſſe albū: que equiualet huic in ꝯſequēdo. Oēm hominē ꝯtingit eſſe albū) et ꝓpoſitio de altero extremo infinito cuiꝰ copula negatur (vt nullꝰ hõ eſt nõ aĩal: que equiualet huic. Om̄is homo eſt aĩal. Nullū nõ rõnale eſt riſibile: que equiualet huic. Om̄e rõnale eſt riſibile.) Et hmõi etiã vocaꝛ ſimpliciter ⁊ impure negatiua. Sed illa cuiꝰ totalis copula negaꝛ ſic q̃d nulla eius pars nec principalis nec minus principalis nec aliqua ipſius determinatio affirmaꝛ rõne cuius equiualeret affirmatiue dicitur pure negatiua: vt Nullus homo eſt aſinus. ¶ Quo inferꝛ vulgata regula.

Regula

Ex puris negatis nihil ſequiꝛ formaliter ⁊ ſyllogiſtice.

Cuiꝰ potior ratio eſt: q: in ſimili forma daꝛ inſtantia: vt ſumēdo loco extremitatū duos terminos vere de ſe p̄dicabiles: et ꝓ medio terminū ad vtrūqꝫ deſpe

